Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-66745-p0001-8

17

DECANUS COMMUNITATIS STUDII
Bonarum artium in Academiâ Lipſienſi.

OMnium ætatum ſapientes Viri, ad conſcendendam doctrinæ arcem & hinc auferendum eruditionis Palladium, eam inſtitutionis viam ac ra-
tionem, ut compendio facilimam, ita certitudine veriſſimam tutiſſimamq; arbitrati ſunt, quæ vivæ vocis miniſterio plures conjungit in diſcendo. Sic enim diſcendi docen-
diq; ſummus artifex Ariſtoteles, ut de infinitis aliis unum ſaltem eumq; præſtantiſſimum allegemus, hac de re ſcribit in principio lib. 8. polit: Φανερὸν, inquiens, ὅτι καὶ
τὴν παιδείαν μίαν, καὶ τὴν αὐτὴν ἀναγκαῖον εἶναι πάντων, καὶ μὴ κατ᾽ ἰδίαν. Et rurſum; δεῖ τῶν κοινῶν κοινὴν ποιεῖσθαι καὶ τὴν ἄσκησιν. Quod ne gratis dixiſſe videa-
tur, mox ut omnia ſua, firmiſſimæ rationis fulcro munit à decoro & utili; quia nempè non ſit quisq; ſui ipſius, ſed omnes ejusdem civitatis membra & partes. Atqui
unius corporis membris unam doctrinam, ſicut animam unam & congruere & ſufficere credendum eſt, qualis doctrina fuerit, quæ in ſingulis Facultatib. ac diſciplinis,
ſub unius magiſtri ductu & auſpicio, in publicis ſcholis, auditoriis & pulpitis, hodieq; apud nos, etiam inter medios ſtrepitus Martialium periculorum, Dei gratiâ perſonat,
& ut poſteris quoq; ſonet, calidis votis orandus Deus, & tanti beneficij gratâ uſurpatione flectendus eſt. Quò magis mirari ſubit, quid cauſæ ſit, aut mali deniq;,
quamobrem hodierna juventus auditoria publicæ doctrinæ tantoperè fugiat, quaſi taxi umbram, ut nullis fermè neq; cohortationibus neq; objurgationibus ampliùs revo-
cari poſſit in rectam viam. De Profeſſoribus ſanè, tanquam ducibus & anteſignanis in hoc eruditæ doctrinæ campo & pulvere, firmiter perſuaſiſſimus, eos nihil ad dex-
teritatem, nihil ad diligentiam, nihil ad fidelitatem & induſtriam reliqui facere, ut omnia quàm clariſſimè & rectiſſimè ſuis auditoribus pro eorum captu proponant, & ut obſtetricum munere (Pla-
tonis eſt ſimilitudo.) fungantur quàm optimè. Eccur enim hujus ſimilitudinis nos pudeat? Cur nomen hoc in riſum vertatur, cum ſit aptiſſima comparatio inter Præceptorem & obſtetricem? Nam
quid eſt in arte obſtetriciâ profectò, cujus effigies non appareat in didacticâ? Obſtetrices prægnantibus; præceptores diſcentibus auxiliantur & præcipiunt. Illæ corporis; hi mentis conceptus explo-
rant, an & quales ſint, evanidi an ſolidi, ſteriles an fœcundi, falſi an veri. Illæ habent pharmaca, quibus veros conceptus retinent, ſpurios promovent & ejiciunt maturè, ne legitimis ſint impedimen-
to: Et hi artem callent (παιδείαν vocant & τῆς ἐπιστήμης τρόπον.) per quam ſublatis ex animo falſis & erroneis conceptibus & inani eruditionis perſuaſione, quâ ut informi molâ plerumq; caput turget
αὐτοδιδάκτοις, & obſtat profectibus eorum, veræ & ſolidæ cognitionis fœtum inſerant & confirment. Illæ, prout uſus exigit, ciere poſſunt & ſedare dolores partus: hi dubitationum vincula, quovis cor-
poris tormento graviora, nectere & ſolvere, prout expedit diſcentibus. Illæ nihil magis penſi habent, quàm ne plus æquo moretur vel anticipet fœtus, ibi ſtrangulationem, hic abortum incurrens, ſed
ut ſtato tempore, ordine præſinito, modo naturali exeat in lucem: horum quoq; omne ſtudium, omnis induſtria & cura in hoc defixa eſt unicè, ut juventus vero ordine ac ratione inſtituatur, nec aut
lectionum curſoriâ brevitate confundatur ipſorum judicium magis quàm adjuvetur, aut prolixitate nimiâ refrigeſcat diſcendi ardor, & ſic utroq; modo utiles in diſcendo progreſſiones impedian-
tur. Cum igitur cauſa non ſit in Profeſſoribus, quò minus doctrina publica floreat in auditoriis, culpa in ipſis diſcentibus hæreat neceſſe eſt. Videas horum aliquos tàm profundè, tàm improbè igna-
vos, qui (ut vim & ductum ſimilitudinis Platonicæ preſſiùs ſequar.) tanti faciunt obſtetricum philoſophicarum operas, quanti conceptus ipſos, h. e. doctrinam pariter & doctores, finem & media
ſtudiorum, eodem habent loco, nempè nullo. Itaq; inſtar quarundam fœminarum, ad primam graviditatis aut obſtetricis mentionem, ambas aures obturantium, ſine præceptoribus, ſine libris, ſine ullâ
curâ & reſpectu officii ſibi demandati, imo ſine Deo, (qui ſecuros vocationis ſuæ juſtâ ipſorum deſertione viciſſim ulciſcitur) hinc inde vagantur & oberrant, tempus rem precioſiſſimam & the-
ſaurum inæſtimabilem, otiando, comeſſando, ſtertendo fœdiſſimè perdunt; florem ætatis accipiendis doctrinæ ſeminibus, ad uberem in ætate adultiore meſſem, aptiſſimæ ſibi temerè effluere patiuntur;
ſumtus, quos parentum φιλοστοργία, aut pietas cognatorum, ſæpenumerò cum proprii genii defraudatione, ſuppeditat, nequiter dilapidant & abſumunt. Et quis verbis æquet aut damni, in quod in-
currunt, aut dedecoris & infamiæ magnitudinem & numerum, quâ deflagrant hæ larvæ ſtudioſorum, hæ noxæ, hæ vomicæ & peſtes, hæ carcinomata & ſcandala Academicæ vitæ. Alii etſi, cur huc
miſſi ſint tantis impenſis, & quid requirat ipſorum officium, haut paulo diligentiùs & penſiculatiùs examinant, tamen in modo ſtudendi & selectu mediorum graviter hallucinantur & impingunt.
Quidam adeò ſunt arrogantes, ut non dico ſupervacaneum, ſed pœnè probroſum ducant ſibi, artes philoſophicas tàm inſtrumentales & logicas, quàm principales & reales ſalutare vel à limine, ea-
rumq; conceptibus ſibi frangere cerebrum: proinde nihil niſi theologicum, juridicum, medicum, ſpirant, crepant, ſomniant. Alii, quibus de meliore luto finxit præcordia Titan, quantum eruditionis
in ſuperiorib. Facultatibus & artibus vectigal ſit philoſophia & linguarum ſtudium, conſiderantes, tamen à libris, quàm ore docentis, mutis quàm vivis magiſtris pendere & vectigal hoc colligere
malunt, ſimiliter facientes, ac ſi quæ prægnans, loco ejus, quod obſtetricem vocare deberet, τῶν γυναικείων ſcriptos Commentarios poſcat, atq; his legendis ſibi opitulari conetur in partu, ſine obſtetricis
auxilio. Rurſum alii etſi operas & artem obſtetriciam h. e. inſtitutionem vivæ vocis minimè repudient vel aſpernentur, tamen in hoc peccant, quod obſtetrices novitias veteranis, ineuntes exercita-
tis præferant, h. e. ſpretis doctrinæ publicæ fontibus, tantùm privatorum, ut nunc nomen eſt, Collegiorum rivulos conſectentur, de propriè & verè dictis Collegiis eorumq; uſu & fine parùm ſoliciti.
Scilicet hoc demum ejusmodi talpis verè ſtudere eſt, in hoc gloriantur, hoc ſe nomen & titulum, hoc ſtatuam genuini ſcholaſtici meritos autumant, ſi ingrediantur clauſtra alicujus collegii privati, ibiq;
in umbrâ ſuâ incipiant (proprio vel alieno Marte, nil referre credunt) τὰς θέσεις ληκυθίζειν h. e. neſcio quid diſputatiunculæ conſarcinare, cui deinde ſuo interdum immaturo, & abortui veriùs,
quàm juſto fœtui, extruſo in publicum, patrimos invocant, non unum vel alterum, ſed nobili modo complures, non ex doctorum ſæpenumerò, qui tales partus internoſcant, ſed mercatorum licet opu-
lento, tamen ἀμούσῳ genere, quorum nominibus & titulis totas chartas ad ſtuporem usq; inferciunt, tantùm ut fœtui tàm bello tàm nobili luculentius honorarium emendicent. Omnes hoſce & ſingu-
los, tantū ſpe conceptâ falli, quantum à verâ ſtudendi ratione ac viâ aberrant, & vel abortire nec perficere ſuos conceptus, vel loco vivi & benè formati fœtus, meros ventos perſuaſionum, meras molas
& informes carnes inanis ſapientiæ parere, certo eſt certius, ſecundum illud ICtor. Cadens formulâ, cadit causâ. Ac ut de ſingulis quædam adhuc ſpecialiter commemoremus, conſtat, primos illos, qui-
bus omnes humaniores literæ, omnes linguarum, omnis artium & philoſophiæ cognitio, præ ſuperiorum Facultatum ac diſciplinarum mattyis, mera nautea videntur, ab iis ipſis, quorum ſe veſtigia
profitentur κατὰ πόδα inſequi, his & ſimilibus dicteriis quaſi quodam ſale perfrictos olim; quod cum Icaro volitent, quod illotis manibus ad rem accedant, quod currum præponant bobus, quod
careant philoſophiæ anſis &c. Nec ex modernis quenquam opinamur tàm ſuffenum ſibi aut in philoſophos tàm amarulentum, diverſum qui ſtatuere audeat. Et qui poſſit in re tàm perſpicuâ? Pro
ſe loquitur ipſa philoſophiæ & huic inſervientium diſciplinarum dignitas, ut abſq; naturæ ſcientiâ medicus, ſine morum doctrinâ JureConſultus, ſine primâ philoſophiâ theologus, ſine mathematicis
plæriq;, ſine artium inſtrumentalium & linguarum noticiâ omnes & ſinguli, nihil quicquam ſint ejus, quod aut putant aut volunt eſſe, fore; quo de alibi commodiùs. Jam quod αὐτοδιδάκτους attinet,
quibus in ſeipſis ad proficiendum poſita ſunt omnia, cenſent illi, præceptores in hoc quoq; ſimiles eſſe obſtetricum, quod ut hæ nihil ex ſe gignunt ampliùs, ſed duntaxat ancillantur & aſſiſtunt gignen-
tibus; ſic illi omnia promant ex libris jam editis, nihil ex ingenio proprio. Quorſum, inquiunt ergò, auſcultandis illis tempus tero? Cur non indidem petam, unde ipſi hauriunt, & quidem longè minore
temporis impendio? Sciolis ejusmodi pro me reſpondeant Platonis verba ex Theæt: ſunt enim mire emphatica. Qui meâ converſatione gaudent, inquit divinus magiſter, his ipſe Deus favet, qui propterea
mirum in modum proficiunt, cum eſſent priùs rudiſſimi, etiamſi nihil ex me novi audierint, nec extet aliquod meæ mentis inventum ex me natum, ſed ipſi in ſeipſis egregia multa concipientes invene-
rint, obſtetricatus mei ope, cujus Deus & ego moderatores ſumus. Intelligas hoc inde, quod id ignorantes multi, & ſuo tantùm ingenio profectum ſuum acceptum ferentes, fortè ab aliis perſuaſi me priùs,
quàm ſibi expediret, reliquerunt. Hi ad alios delati mox aborſi ſunt, quæq; arte meâ obſtetriciâ ex eorum viſceribus priùs erueram, malè nutrientes miſerè perdiderunt, adeò, ut tandem ſibi & aliis ad pri-
ſtinam ignorantiam relapſi viderentur. Nihil hac oratione aut ſignatius eſſe poteſt aut verius: q. d. Poſito & non conceſſo, Præceptorem nihil novi afferre, quod non priùs ab ipſo vel alio ſit dictum, ſcriptum, in libris vel alibi, ta-
men per eum diſcipuli majores ſentiunt profectus, quàm per ſeipſos ſolos, ſuis privatis ſpeculationibus indulgentes & Præceptoris induſtriam floccifacientes. Ratio eſt, quia præceptoris caſtra ſequens Dei ordinem ſequitur. At Dei
ſequentibus ordinem omnia ſuccedunt ex animi voto. Contra qui hunc ordinem temerè & ſuperbè invertunt αὐτοδίδακτοι, atteſtante experientiâ rarò perveniunt ad frugem, aut utiles fiunt reipublicæ ſive ad inſtituendos alios, ſi-
ve in aliâ muneris parte, cum veram didacticam illi teneant ſoli, qui ab alienâ ſunt manu & diſciplinâ, non aliter atq; in ætate ingraveſcente, illæ demum optimæ ſunt obſtetrices, quæ primis annis Lucinam, & obſtetriciam ipſæ in
ſe expertæ fuerunt. Quamvis hoc quoq; non injuriâ mireris, quid ejusmodi αὐτοδιδάκτοις & enthuſiaſtis huc in Academiam itio fuerit: poterant eadem illa domi facere & ſumtus comparcere: niſi fortè in aëre Academico vim
quandam admirabilem & occultam immutandi ſui ineſſe cenſent, perinde ut Olyſſipone Luſitaniæ equas vento Favonio concipere Plinius ſcriptum reliquit 4. nat. hiſtor. c. 22. Sed mittamus horum quoq; obſcuram diligentiam &
ad eos veniamus, qui prorā atq; puppim ſtudiorum in uſu Collegiorum privatorum collocant. Sanè tantum abeſt, ut hoc ipſorum inſtitutū improbemus aut diſſuadeamus, ſed potiùs ad hujus quoq; generis exercitia ſtudioſam juventu-
tem adhortemur non ſimulatò. Conſona modò ſint illa publicæ doctrinæ, & eam, tanquam regulam & Cynoſuram reſpiciant: adducant diſcipulos ad acroaſin publicam, non ab eâ deducant; impleant auditoria publica, non deſelent,
nō imminuant, non corrumpant. Hæc harmonia, hæc publicorum cum privatis exercitiis conjunctio & velut in unum conſpiratio, hæc inquam demum Academiam ornat: magiſtratui placet: præceptores privatos decet: juvat di-
ſcipulos: ſtudia facilitat & felicitat: quid multis? anima eſt Academiarum & Univerſitatum. Secus ſi fiat, ſi pes aliud, aliud lyra ſonet, eſt hæc res inteſtinæ ſimilis ſeditioni, quâ gymnaſiis & acroateriis publicis honos, privatis
præceptoribus opera, diſcipulis oleum, utrisq; divina benedictio perit: Vix enim Deus gratiâ ſuâ ſui ordinis contemtoribus præfractis adeſt, ut priùs etiam ex Platone monuimus. Quemadmodum igitur obſtetrices novellas par
eſt reverentes eſſe veteranarum, à quibus acceperunt obſtetricandi artem, nec his præripere digniorem locum, quin potiùs perſuadere gravidis, bono ipſarum eximio fieri, quod has ſibi non dico adjungant, ſed præficiant operis mo-
deratrices & laborum inſpectrices: ad eundem modum nihil æquè pertinet vel ad officium eorum, qui privatim docent, vel ad ſuorum diſcipulorum utilitatem, vel ad Academiæ decus, vel deniq; ad conſecutionem divinæ gratiæ,
quàm ut ſuos privatos auditores ac diſcipulos remittant ad eosdem fontes & officinam, unde μετὰ θεοῦ καὶ μελέτης prodierunt ipſi & ſic Poetæ verbo, unam nobiſcum, qui ſtamus in publicâ cathedrâ, conjunctis animis & ſtudiis, in-
ſtaurent Trojam. Quod cum utrosq; ſtrenuè facturos confidamus in poſterum, alteros ſapienter monendo, alteros modeſtè obtemperando, non eſt quod verboſiores nunc ſimus: Contemplentur utriq; ſui muneris partes, diu mul-
tumq; in programmate nuperrimo, quod eum in finem hic denuò affigi curavimus: Contemplentur, inquam, oculis intentis, & demittant in animum, & hinc in uſum praxinq; transmittant, certò perſuaſi, nullam inertibus & erran-
tibus neq; humaniorem neq; meliorem utilioremvè pœnam dictari poſſe, quàm ut diſcant rectè facere, quod hactenus præpoſterè, perperam aut etiam nullatenus fecerunt, uti eſt apud eundem nunquam ſatis laudatum Platonem.
Prop. Lipſiæ Dominicâ Exaudi afflictiſſimæ eccleſiæ gemitus, ô Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, epochæ in ipſius honorem & memoriam inſtitutæ Anno 1631.

Sequitur uſitata deſignatio lectionum Philoſophicarum per hanc æſtatem, quam Deus nobis pacatam ſervet, vicinis præſtet.

Horis matutinis.

Horâ VI. Σὺν θεῷ Chriſtophorus Preibiſius D. Comes Palatinus Cæſarius in explica-
tione doctrinæ de animâ tum utiliſſimæ tum jucundiſſimæ perget.

Horâ VIII. M. Hieronymus Reckleben, Dialecticæ Profeſſor, explicationem in-
ſtrumentorum, quibus in methodicâ tractatione quæſtionis ſimplicis utendum eſt, con-
tinuabit.

Horâ IX. L. Philippus Mullerus, p. t. Decanus continuabit enarrationem mo-
tus Planetarum, ſecundum fundamenta & numeros tabularum Rudolfinarum: & his
per ſeptimanam unam alteramq; abſolutis ad paſſiones ſive accidentia hujus motus expli-
canda ilicò tranſibit.

Horâ XII. M. Johannes Stephanus Verbeſius perget in analyſi Ovidianæ inventionis
in ſuis metamorphoſeωv libris ingenioſiſſimis, quæq; per hanc æſtatem præterea ſuſceptu-
rus ſit in manus ad enarrandum, peculiariter ſuo tempore intimabit.

Horis pomeridianis.

Horâ I. *M. Andreas Corvinus Oratoriæ Profeſſor*, per hanc æſtatem aliquot *Tractatus*
Rhetoricos proponet; quorum Primus erit *de movendis Affectibus*; Alter *de Reſolutione Ora-*
toriâ & reſoluti *Imitatione*; Tertius *de Actione Oratoriâ*. Quorum omnium veluti *Palæſtram*
poſtea ſubjiciet Doctrinam *trium Generum Cauſarum*, inq; ſingulis propoſita præcepta ad u-
ſum transferendi, *variis* ſubinde *propoſitis thematibus* modum & rationem monſtrabit.

Horâ II. L. Zacharias Schneider, Philoſoph: Pract: Prof: publ: quam nuper ex Lib.
IIX. & IX. Eth: Nicomach: exorſus eſt, de Amicitiâ doctrinam, non minùs jucundam, quàm
utilem ac neceſſariam, continuabit porrò, & æſtate hâc, σὺν θεῷ, pertexet atq; abſolvet.

Horâ III. M. Cunradus Bavarus incipiet ἐπιτομὴν γ: Et diviſis horis continuabit GE-
STA ROMANORUM, delineata in II. libro L. FLORI, Epitomatoris Liviani.

Horâ IV. M. Johannes Müller, ingredietur explicationem librorum duorum poſte-
riorum analyticorum, eamq; in præceptis & uſu, methodo Ariſtotelica, continuabit.

LIPSIÆ excudebat GREGOR. Ritzſch.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-66745-p0005-0

DECANUS COMMUNITATIS STUDII
Bonarum artium in Academiâ Lipſienſi.

OMnium ætatum ſapientes Viri, ad conſcendendam doctrinæ arcem & hinc auferendum eruditionis Palladium, eam inſtitutionis viam ac rationem, ut compendio facilimam, ita certitudine veriſsimam tutiſsimamq́; arbitrati ſunt, quæ vivæ vocis miniſterio plures conjungit in diſcendo. Sic enim diſcendi docendiq́; ſummus artifex Ariſtoteles, ut de infinitis aliis unum ſaltem eumq́; præſtantiſsimum allegemus, hac de re ſcribit in principio lib. 8. polit. φανερὸν, inquiens, ὅτι καὶ τὴν παιδείαν μίαν, καὶ τὴν αὐτὴν ἀναγκαῖον εἶναι πάντων, καὶ μὴ καθ' ἰδίαν. Et rurſum; δεῖ τῶν κοινῶν κοινὴν ποιεῖσθαι καὶ τὴν ἄσκησιν. Quod ne gratis dixiſſe videatur, mox ut omnia ſua, firmiſsimæ rationis fulcro munit à decoro & utili; quia nempè non ſit quisq́; ſui ipſius, ſed omnes ejusdem civitatis membra & partes. Atqui unius corporis membris unam doctrinam, ſicut animam unam & congruere & ſufficere credendum eſt, qualis doctrina fuerit, quæ in ſingulis Facultatib. ac diſciplinis, ſub unius magiſtri ductu & auſpicio, in publicis ſcholis, auditoriis & pulpitis, hodieq́; apud nos, etiam inter medios ſtrepitus Martialium periculorum, Dei gratiâ perſonat, & ut poſteris quoq́; ſonet, calidis votis orandus Deus, & tanti beneficij gratâ uſurpatione flectendus eſt. Quò magis mirari ſubit, quid cauſæ ſit, aut mali deniq́;, quamobrem hodierna juventus auditoria publicæ doctrinæ tantoperè fugiat, quaſi taxi umbram, ut nullis fermè neq́; cohortationibus neq́; objurgationibus ampliùs revocari poſsit in rectam viam. De Profeſsoribus ſanè, tanquam ducibus & anteſignanis in hoc eruditæ doctrinæ campo & pulvere, firmiter perſuaſiſumus, eos nihil ad dexteritatem, nihil ad diligentiam, nihil ad fidelitatem & induſtriam reliqui facere, ut omnia quàm clariſsimè & rectiſsimè ſuis auditoribus, pro eorum captu, proponant, & ut obſtetricum munere (Platonis eſt ſimilitudo.) fungantur quàm optimè. Eccur enim hujus ſimilitudinis nos pudeat? Cur nomen hoc in riſum vertatur, cum ſit aptiſsima comparatio inter Præceptorem & obſtetricem? Nam quid eſt in arte obſtetriciâ profectò, cujus effigies non appareat in didacticâ? Obſtetrices prægnantibus; præceptores diſcentibus auxiliantur & præcipiunt. Illæ corporis; hi mentis conceptus explorant, an & quales ſint, evanidi an ſolidi, ſteriles an fœcundi, falſi an veri. Illæ habent pharmaca, quibus veros conceptus retinent, ſpurios promovent & ejiciunt maturè, ne legitimis ſint impedimento: Et hi artem callent (παιδείαν vocant & τῆς ἐπιστήμης τρόπον.) per quam ſublatis ex animo falſis & erroneis conceptibus & inani eruditionis perſuaſione, quâ ut informi molâ plerumq́; caput turget αὐτοδιδάκτοις, & obſtat profectibus eorum, veræ & ſolidæ cognitionis fœtum inſerant & confirment. Illæ, prout uſus exigit, ciere poſſunt & ſedare dolores partus: hi dubitationum vincula, quovis corporis tormento graviora, nectere & ſolvere, prout expedit diſcentibus. Illæ nihil magis penſi habent, quàm ne plus æquo moretur vel anticipet fœtus, ibi ſtrangulationem, hîc abortum incurrens, ſed ut ſtato tempore, ordine præfinito, modo naturali exeat in lucem: horum quoq; omne ſtudium, omnis induſtria & cura in hoc defixa eſt unicè, ut juventus vero ordine ac ratione inſtituatur, nec aut

lectionum curſoriâ brevitate co[illegible] n diſcendo progreſsiones impedian-
tur. Cum igitur cauſa non ſit in P[illegible] tàm profundè, tàm improbè igna-
vos, qui (ut vim & ductum ſimi[illegible] riter & doctores, finem & media
ſtudiorum, eodem habent loco, ne[illegible] præceptoribus, ſine libris, ſine ullâ
curâ & reſpectu officii ſibi de[illegible] tempus rem precioſiſsimam & the-
ſaurum ineſtimabilem, otiando, [illegible] næ ſibi temerè effluere patiuntur;
ſumtus, quos parentum φιλοσοφ[illegible] rbis æquet aut damni, in quod in-
currunt, aut dedecoris & infam[illegible] Academicæ vitæ. Alii etſi, cur hûc
miſsi ſint tantis impenſis, & quia[illegible] viter hallucinantur & impingunt.
Quidam adeò ſunt arrogantes, u[illegible] & reales ſalutare vel à limine, ea-
rumq́; conceptibus ſibi frangere [illegible] ordia Titan, quantum eruditionis
in ſuperiorib. Facultatibus & ar[illegible] pendere & vectigal hoc colligere
malunt, ſimiliter facientes, ac ſi q[illegible] quod obſtetricem vocare deberet, [illegible] γυναικείων ſcriptos Commentarios poſcat, atq́; his legendis ſibi opitulari conetur in partu, ſine obſtetricis

auxilio. Rurſum alii etſi operas & artem obſtetriciam h. e. inſtitutionem vivæ vocis minimè repudient vel aſpernentur, tamen in hoc peccant, quod obſtetrices novitias veteranis, ineuntes exercitatis præferant, h. e. ſpretis doctrinæ publicæ fontibus, tantùm privatorum, ut nunc nomen eſt, Collegiorum rivulos conſectentur, de propriè & verè dictis Collegiis eorumq́; uſu & fine parùm ſoliciti. Scilicet hoc demum ejusmodi talpis verè ſtudere eſt, in hoc gloriantur, hoc ſe nomen & titulum, hoc ſtatuam genuini ſcholaſtici meritos autumant, ſi ingrediantur clauſtra alicujus collegii privati, ibiq́; in umbrâ ſuâ incipiant (proprio vel alieno Marte, nil referre credunt) τὰς θέσεις ληκυθίζειν h. e. neſcio quid diſputatiunculæ conſarcinare, cui deinde ſuo interdum immaturo, & abortui veriùs, quàm juſto fœtui, extruſo in publicum, patrimos invocant, non unum vel alterum, ſed nobili modo complures, non ex doctorum ſæpenumerò, qui tales partus internoſcant, ſed mercatorum licet opulento, tamen ἀμύστῳ genere, quorum nominibus & titulis totas chartas ad ſtuporem usq́; inferciunt, tantùm ut fœtui tàm bello tàm nobili luculentius honorarium emendicent. Omnes hoſce & ſingulos, tantũ ſpe conceptâ falli, quantum à verâ ſtudendi ratione ac viâ aberrant, & vel abortire nec perficere ſuos conceptus, vel loco vivi & benè formati fœtus, meros ventos perſuaſionum, meras molas & informes carnes inanis ſapientiæ parere, certo eſt certius, ſecundum illud ICtor. Cadens formulâ, cadit cauſâ. Ac ut de ſingulis quædam adhuc ſpecialiter commemoremus, conſtat, primos illos, quibus omnes humaniores literæ, omnes linguarum, omnis artium & philoſophiæ cognitio, præ ſuperiorum Facultatum ac diſciplinarum mattyis, mera nautea videntur, ab iis ipſis, quorum ſe veſtigia profitentur κατὰ πόδα inſequi, his & ſimilibus dicteriis quaſi quodam ſale perfrictos olim; quod cum Jcaro volitent, quod illotis manibus ad rem accedant, quod currum præponant bobus, quod [illegible] diverſum qui ſtatuere audeat. Et qui poſsit in re tàm perſpicuâ? Pro